

Significator	Cerebrum	{ Horum membrorū morbi sunt	Syncope. <small>πάχωσις.</small>
	Neruos		Cordiaca.
	Cor		Ophthalmia.
	Visum		Fluxus oculorum.
Significat	Oculum dextrum.	& affectio- nes horum membrorū ut	passiones matricis, suffocatio- nem &c. Gonorrhœam. Diabeten, priapismum. Epatis & stomachi imbecilli- tatem.
	Matricem		Scabiem gallicam.
	Renes		Lienteriam.
	Genitalia		Frigus stomachi.
Significat	Mamillas	Horū mor- bi sunt	Mania. Priuatio sensus communis. Lethargus. Deliria omnis generis.
	Guttur		Balbuties & linguæ impedi- menta, raucedo.
	Lumbos		Morbus caducus.
	Epar		Tussis.
Significat	Sperma		Abundantia sputi.
	Cerebrum	Et horum membrorū ægritudi- nes ut	Epilepsia. <small>παρεπλοσία.</small>
	Spiritus		Colica.
	Imaginationem		Menstrua.
Regit & sig- nificat.	Memoriam		Apostemata phlegmatica.
	Linguam		Oppilations.
	Manus & digitos.		
	Cerebrum		
Regit & sig- nificat.	Oculum sinistrum		
	viri, vel dextrum		
	mulieris.		
	Ventriculum		
Regit & sig- nificat.	Intestina		
	Vesicam		
	Gustum		

Hactenus ostendere conatus sumus, qui morbi à quolibet planeta significantur. Nec tamen hæc ita accipienda sunt, quasi eos morbos simul omnes afferret significator infirmatum. Sed hæc ex alijs circumstantijs iudicanda sunt, ut natura signorum et locorum cœli, aspectu ad luminaria, et similibus. Exempli gratia. Saturnus significator vel autor infirmatum, multos quidem morbos significat in genere, sed in signo aquo & à Sole combustus in sexta, lepram tantum portendit &c. Hæc specialia iudicia tradere hoc loco non est nostri instituti. Satis est hic indicasse generalem rationē componendi iudicia aptam omnibus genituris. Quæ vero specialia sunt, ut aphorismi, & quæ ab obseruatione, experientia, & multarum circumstantiarum consideratione pendent, ea derogant postea his generalibus regulis. Harum in alio nostro opere iustam explicationem breui habebis.

Nunc eadem ratione & ordine exponemus, quibus membris duodecim signa Zodiaci præsint & significant.

Aries	significat caput & capitales partes, faciem, oculos, aures, dentes, barbam &c. & harum partium affectiones, ut vulnera in facie, dolores oculorum, surditatem, dolores dentium, pustulas, & neuos in facie, impetiginem &c.
Taurus	Collum, ceruicem, guttur, vocem &c.
Gemini	Humeros, brachia, manus, scapulas.
Cancer	Pulmonem, pectus, costas, mamillas, epar, splenem;
Leo	Cor, stomachum, dorsum, latera, diaphragma.
Virgo	Ventrem, intestina, diaphragma.

Libra